

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 8458

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Geoffroy, Lisors, Notre-Dame de Mortemer (abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1168-1171, 11 février]

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Charte de Rotrou, archevêque de Rouen, concernant l'accord conclu entre Mortemer et Saint-Ouen de Rouen.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Langlois Charles-Victor, *Notice sur le cartulaire de Mortemer*, *Bulletin de la Société des Antiquaires de Normandie*, 1885, Appendice, n° 11, p. 109-111.
- b. Gallagher Philip Francis, *The Monastery of Mortemer in Lyons in the Twelfth Century*, its History and its Cartulary, Thèse, University of Notre-Dame, Indiana, 1970, 375 p. (dactyl.), « The Cartulary of Mortemer – B. N. MS. Latin 18369 », Act 11, p. 206-208.

## Dissertation critique

Cet acte se situe entre l'avènement de Rotrou, archevêque de Rouen, en 1168 et la mort d'Haimeric, abbé de Saint-Ouen de Rouen, le 11 février 1171.

Texte établi d'après b

[R]otrodus, Dei gratia, Rothomagensis archiepiscopus karissimo filio suo G[aufrido] abbati Mortuimaris eiusque successoribus (sic) in perpetuum. Fratrum filiorumque nostrorum requirit devotio et ecclesiastice pacis suadet utilitas ut que iudicio vel transactione in nostra presentia terminantur nostre auctoritatis robur et munimen accipiant ne aliqua possint machinatione convelli vel recidivum virgium suscitare. Eapropter concordiam que inter monasteria beati Audoeni et Mortuimaris nostra auctoritate firmata est super terris quibusdam quas ecclesia Mortuimaris tenebat apud Bremulam de feodo de Greinvilla et apud Mesengeriam de feodo de Warcliva et apud Rollum de feodo de Roseio, quas eidem ecclesie Mortuimaris contulerant vavassores ecclesie sancti Audoeni qui de eius feodo tenebant, pontificali auctoritate roboramus. Forma compositionis hec est ut ecclesia Mortuimaris singulis annis ante nativitatem domni intra dies adventus ecclesie sancti Audoeni in granario eius exsolvat modium unum frumenti et dimidium modium avene ad mensuram Rothomagi et predictas terras in pace possideat in perpetuum, quarum omnium summa est .LX. acrarum ad percam regis de Leons. Si vero de eis quas tunc tenebat ecclesia Mortuimaris aliquam terram perdidit, tantumdem ei de eisdem feodis ubi potuerit acquirere licebit. Amplius autem nichil deinceps acquirere poterit de eisdem feodis sine assensu ecclesie Sancti Audoeni. Ad numerum autem earundem acrarum pertinent VII acre et dimidia quas Engerrannus portarius de Leons ecclesie de Mortuomari cum parte decimarum pertinente ad ecclesiam Sancti Audoeni de terris quas ecclesia Mortuimaris tenet in feodo de Greinvilla tradiderat sub annuo censu dimidii modii de frumento, et quia Engerrannus terras et decimas de Greinvilla ad firmam tenebat de ecclesia Sancti Audoeni, ita convenit inter ipsas ecclesias ut dum Engerrannus

vel heredes eius eandem firmam tenuerint, idem census ipsis reddatur. Si quando autem ad manum ipsius ecclesie Sancti Audoeni eadem firma redierit, ipsi ecclesie reddat predictum censum dimidii modii de frumento et in eadem pace cuncta possideat ecclesia Mortuimaris. Huius compositionis et confirmationis testes sunt, ex parte ecclesie Sancti Audoeni, Aimericus abbas Sancti Audoeni, Walterus prior, Walkelinus cantor, Hugo carpentarius tunc prepositus, Henricus camerarius, Ricardus de Bellomont[e] capellanus ; ex parte ecclesie Mortuimaris testes sunt, Gaufridus abbas eiusdem ecclesie, Ascelinus prior, Willelmus subprior, Robertus cellararius, Gaufridus Clarevallensis, Ricardus de Curceio ; ex parte Rothomagensis ecclesie ; Gaufridus decanus, Radulfus sacrista, Egidius archidiaconus, Magister Rainaldus, Walterus de Gornaco, Petrus legatus, Nicholaus de monte infirmorum, Robertus capellanus archiepiscopi, Rogerus de Warewic, Iohannes scriptor, qui hoc notavit.